Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26050
Copyright: Admont, Benediktinerstift



tu uirginis matris seiunctus a carne nec partu. Sic ergo huma
nitatem sibi adiunxit ut deus incommutabiliter permaneret. sic dei
tatem homini impertiuit ut cum glorificatione non consumeret
sed augeret. Qui enim factus est forma serui. forma dei esse non de
stitit. nec alter cum altero sed unus in utroque est. Nullis dis
putationibus uarietatum fides nostra turbetur. sed siue in miracu
lis uirtutum. siue in contumeliis passionum. et dum quod homo est
et hominem credamus esse quod deus est. Hanc confessionem dilectissimi toto
corde promentes impia hereticorum commenta respuite. ut
ieiunia uestra et elemosine nullius erroris contagione pol
luantur. Tunc enim et sacrificii munda est oblatio et misericordie sancta
largitio. quando hii qui ista dependunt quid operentur intel
carnem ligunt. Nam dicente domino nisi manducaueritis filii hominis
et biberitis eius sanguinem non habebitis uitam in obis. sic
sacre mense communicare debetis ut nichil prorsus de
ueritate corporis xpi et sanguinis ambigatis. Hoc
enim ore sumitur quod creditur. et frustra ab illis respondetur
amen. a quibus contra id quod accipitur disputatur. Dicente autem
propheta. Beatus qui intellegit super egenum et pauperem. Ille
circa inopes uestimentorum et ciborum laudabilis distributor
est qui se xpm indigentibus et uestire nouit et pascere quem
ipse ait. Quamdiu fecistis uni de his fratribus meis mihi fecistis.
Verus itaque deus et uerus homo unus est xpc diues in suis pauper
in nostris dona accipiens et dona diffundens particeps
mortalium et uiuificatio mortuorum ut in nomine ihesu
omne genu flectatur celestium terrestrium et infernorum et omnis
lingua confiteatur quia dominus ihesus xpc in gloria est dei patris uiuit
et regnat cum ipso deo patre et spiritu sancto in secula seculorum.